



8663.

1763, 36

4

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
 DE  
**SVMTIBVS FILIO A PATRE**  
 AD DIGNITATEM DOCTORALEM CON-  
 SEQVENDAM SVPPEDITATIS NON  
 CONFERENDIS

QVAM

IN REGIA VIADRINA  
 ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
 AVCTORITATE  
 P R A E S I D E

**IOANNE LVDOVICO VHLIO, D.**

IVRIS PVBLICI PROF. PVBL. ORD. ORDINIS.

QVE SVI H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS  
 IVRIBVSQVE AC PRIVILEGIIS RITE  
 CONSEQVENDIS

IN AVDITORIO ICTORVM

A. D. XXXI. AVGVST. MDCCCLXIII.


PVBLICAE DISQVISITIONI

SUBMITTET

A V C T O R

**IO. CHRISTIANVS KOEHLERVS**

ADVOCATVS DRESDENSIS.



FRANCOFVRTI AD VIADRVM

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI

ACAD. REG. TYPOGR.



RESERVAZIONE DELL'AVVOCATO

SYMPTOMATA A PATRE

AD DIGNITATEM PATRIARCAE

SECTENDAE SECTENDAE

CONFERENDIS

ILLVSTRIS IVRIS ORATIONE ORDINIS

AVCTORIS

IOHANNES EVANGELIUS

AVCTORIS

PRO ORATIONE

AVCTORIS

IN AVDIENDIS

PUBLICAE DISCVSSIONI

AVCTORIS

IO. CHRISTIANVS KOHLERVS

AVCTORIS

AVCTORIS

AVCTORIS

AVCTORIS



ILLVSTRISSIMO  
ET  
EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
LEOPOLDO NICOLAO  
LIBERO BARONI  
AB ENDE

AVGVSTISSIMI POTENTISSIMIQUE RE-  
GIS POLONIARVM ET ELECTORIS  
SAXONIAE CONSILIARIO  
INTIMO

ITEMQUE  
SVMMI PROVOCATIONVM SENATVS  
QVI DRESDAE FLORET  
PRAESIDI  
DYNASTAE

IN  
ALTIESSNIZ ET TRINVM

) ( 2

DOMI-

DOMINO ET MAECENATI

MEO

GRATIOSISSIMO INDVLGENTISSIMOQVE

HOC

DISPVTAATIONIS INAVGVRALIS

LIBRARI

DAT ET DICAT

VITAMQVE LONGAEVAM ET OMNEM FELICITATEM EA, QVA PAR EST, PIETATE

PRECATVR ET OPTAT

SVMMI PROVOCATIONVM SEMITAS  
QVI DRESDAE FLORET

CLIENS SVBMISSISSIMVS

DYNASTAE

ALTISSIMIS ET TRINVM  
IOANNES CHRISTIANVS KOEHLERVS.

§. I.



S. I.

INSTITVTI RATIO.

**M**editanti thema, quod inaugurali disceptationi more maiorum occasionem praebet, seseque ab utilitate non minus, quam elegantia commendat, uaria mihi ultro sese obtulerunt argumenta, inter quae et hoc erat, de quo paucula quaedam in chartam coniecimus, num scilicet *filius sumtus, a patre ad consequendam dignitatem doctoralem suppeditatus, conferre teneatur?* Quaestionem hanc practicam pariter atque specialem paullo accuratius percogitans, dubia, controuersias, uariasque Doctorum opiniones inueni. Multi enim dictae collationi filios subiiciunt, alii contra illos ab ea praedicant immunes. (\*) Quae cum ita sint, quaestionem hanc inprimis pertractandam suscepimus, circa quam ne in logomachiam

A

am

am incidamus, uocabulorum, *sumtus, doctoratus, collatio*, significatus erit praemittendus.

(\*) Satis nota sunt doctorum hominum, qui de hac materia exposuerunt nomina, Vinnius in *tract. de collationibus*, Treutlerus, Bachouius ad *Treutlerum*, Brunnerus de *collatione honorum*, Strykius ad *Lauterbachium*, aliique, quos iam non excitamus.

### §. II.

#### QVID SINT SVMTVS?

Ad *sumtus* itaque quod attinet, sub iis intelligimus *pecuniam*, quam in rem, uel negotium quoddam consumimus, ita, ut ipsis idem, ac *impensurum*, siue *expensarum* sit significatus. (\*)

(\*) Sic in l. 79. D. de iudic. aliisque a Briffonio l. u. laudatis occurrunt *sumtus litis* uel in *litem facti*; l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell. *sumtus* in res hereditarias, et l. 3. C. de his, qui accus. non poss. circa iter facti; l. 2. C. de ingen. manumiss. *sumtus* in matrimonium, l. 35. §. ult. D. de legar. 3. in refectionem, l. 14. §. 7. D. de relig. in funus facti. Iidem in *necessarios, utiles*, atque *uoluptuosos* in iure nostro, e. gr. l. 79. pr. §. 1. 2. D. de uerb. signif. diuiduntur. De *sumtibus* autem in genere, eorumque significato, inter alios conf. Garfias de *expensis*.

### §. III.

#### QVID DOCTORATVS?

*Doctoratus* deriuatur a *docendo*, et dignitas (\*) est, quae auctoritate publica ab *Academiaram Facultatibus* iis confertur, qui *scientiae doctoralis* examina rite sustinuerunt (\*\*).

(\*) Eam uero Cicero de *inuent. lib. II. cap. 55.* definit *alicuius honestam auctoritatem*, quae *cultu, honore, et uerecundia* est digna.

(\*\*) Hinc *Doctores bullati*, qui *Doctoris* titulum a *Comite Palatino*, licet *praeuio examine*, impetrant, a uera dignitate *doctorali* recte *excluduntur*. Vid. *Waltheri tract. de iur. et privileg. DD. cap. 5. p. 48.*

### §. IIII.

#### QVID COLLATIO GENERATIM?

*Collatio* denique in iure nostro uarie sumitur. Modo enim denotat *comparationem scripturarum*, (\*) modo *contributionem ex lege*



lege Rhodia (\*\*), modo refertur ad bona inter socios per pactum in commune inferenda (\*\*\*), modo audit contributio inter liberos, qui simul ad communem parentis successionem admitti desiderant (†). Conf. Brisson. *h. u.*

(\*) *Auth. ar se contractus C. de fid. instrum. Nouell. 73. cap. 6. 7.*

(\*\*) *l. 2. §. 7. l. 4. §. 2. l. 5. D. de leg. Rhod. de iact.*

(\*\*\*) *l. 1. §. 1. D. pro soc.*

(†) *l. 1. pr. D. de collat. ibi: consequens esse credidit, ut bona sua in medium conferant, qui appetant paterna.*

### §. V.

#### QVID IVRE PRAETORIO?

Nobis uero pro nostro instituto *collatio*, si originem eius, ut fas est, ex iure praetorio deriuamus (\*) est *actus*, quo emancipati, hereditatem appetentes paternam, bona qualiacumque propria, exceptis castrensibus, uel quasi, (\*\*) in massam hereditatis paternae communem inferunt (\*\*\*)).

(\*) Praetor enim, quum emancipatos iure civili a successione hereditatis paternae exclusos uideret, hos ex principio aequitatis ad bonorum possessionem contra tabulas admisit, participesque bonorum cum liberis suis reddidit paternorum. Ad euitandas autem lites atque discordias succedentium rem Praetor ita temperauit, ut emancipati successionem hereditatis paternae appetentes, bona qualiacumque propria, exceptis castrensibus, uel quasi castrensibus, in medium conferrent. Sic de iure praetorio. Plura suppeditat Strykius de *successione ab intest. diss. XI. cap. 1. §. 2.*

(\*\*) *l. 1. §. 15. D. de collat. ibi: nec castrense, nec quasi castrense peculium fratribus conferunt.*

(\*\*\*) *l. 1. pr. D. de collat. et Germanice collatio uocatur die Einwerffung, Wiedereinbringung derer bereits vorher eingenommenen Güter in gemeine Theilung.*

### §. VI.

#### QVID IVRE IUSTINIANO ET NOVO?

Ex quo uero postea Imperatores, inprimis Iustinianus, ius praetorium admodum mutarunt, ut non solum emancipati, sed

et omnes, sui aequae ac emancipati, filii, tam ex testamento, quam ab intestato, siue sigillatim, siue mixtim, ad collationem admitterentur, (\*) ea tamen limitatione adiecta, ut collationem aduentitiorum, (\*\*\*) quae scilicet liberi uiuente patre aliunde adquisuerunt, imperatores prohibuerint. Quo posito, iure nouo et recentiori *collatio* nihil aliud erit, quam *actus, quo descendentes, hereditatem adscendentium adituri, bona solummodo profectitia in massam hereditatis inferunt communem, et sic cum reliquis communicant.*

(\*) §. 5. *Inst. de exheredar. liberor.*

(\*\*) l. 6. *C. de bon. quae liber. et l. f. C. de collat.*

§. VII.

COLLATIO ATQVE IMPVTATIO QVOMODO DIFFERANT?

Valde autem *collatio* ab *imputatione* differt, quas plurimi maxima ex parte inter se confundunt; *collatio* enim concernit acceptorum, uti supra dictum, restitutionem et illationem in communem hereditatem; *imputatio* uero compensationem acceptorum quoad partem legitimam (\*).

(\*) *Conf. Carpz. parr. III. consl. II. def. IO. n. 1. ubi: differunt ab iniuriam imputatio et collatio: illa in legitimam, haec uero in hereditatem fieri solet; nec omnia, quae imputationi sunt obnoxia, collationem admittunt. Add. Stryk. e. l. cap. 1. §. 9. Plura dabit Hoffmannus in Diss. inaug. de bonis conferendis, et Franc. Kunzius in tract. de collat. cap. I. §. 2.*

§. VIII.

TRANSITIO AD TRACTATIONEM.

His ergo praemissis, ad rem ipsam progredimur. Quaestio enim est in praesenti, *num filius doctorales sumtus a patre suppeditato conferre teneatur, an uero ab hoc onere sit immunis? Quam immunitatem argumentis legalibus deducere tentabimus.*

§. VIII.

## §. VIII.

## ARGVMENTVM I.

Primo sumtus dicti doctoratus non conferuntur ex ea ratione, quod Doctoratus sit dignitas: quodcumque uero dignitatis nomine a patre datum est, id non confertur. *l. 1. §. 16. D. de collat. sed an id, quod dignitatis nomine a patre datum est, uel debetur, conferre quis in commune cogatur, uideamus? Et ait Papinianus, libro XIII. Quaestionum, non esse cogendum; hoc enim propter onera dignitatis praecipuum haberi oportere. (\*)*

(\*) Vid. Brunnem. *Comment. ad Pand. tit. de collat. n. 25. quae, ut ait, in dignitatem filii collata, non conferuntur, quia spectant haec ad honorem patris. Conf. Stryk l. c. diff. XI. cap. 3. §. 17.*

## §. X.

## PROB. QVOD DOCTORATVS VERA SIT DIGNITAS.

Doctoratum autem ueram esse dignitatem, (\*) non est, cur longe dubitemus. Nam profuit haec dignitas ab ipso Imperatore (\*\*). Hinc et Doctores ob dignitatem tam splendidam multis gaudent priuilegiis, non minus ac uariis immunitatibus (\*\*\*) .

(\*) Nou. 117. cap. 4. qui maximis dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sunt dignitatis, aut militiae, aut studii. Vid. Kremberg. *tract. de sumtibus studiorum in genere, inprimis Doctoratus, quaest. 6. pag. 355. not. 2.*

(\*\*) Vid. Walth. *tract. de iur. et priuileg. DD. cap. 6. pag. 61.*

(\*\*\*) V. c. quod Doctores non debeant collectari, Walth. *l. c. pag. 294.* item, quod sint immunes ab hospitatione militum; quod gaudeant beneficio competentiae, de quibus Carpou. *par. VI. const. 32. def. 18.* quod DD. equestri ordinis honoribus annumerentur, arg. *l. 4. C. ad leg. Jul. maieft. l. 16. C. de quaest. l. 14. D. et l. 33. C. de decur.* Quare et passim in iure nostro dicuntur nobiles. Quid? quod gerere possint sine specia li Imperatoris consensu insignia Nobilibus communia, i. e. *Wappen mit offnem Helm.* (dummodo ab insignibus certae familiae propriis abstineant) et annulos aureos atque, quibus utuntur nobiles, ornamenta. Walth. *c. l. pag. 315.* Conf. etiam *Resol. pol. Sax. de a. 1548.* Id quoque notatu dignum est, quod Doctores nominentur amici principum, arg. *l. 17. de iur. parrop. et parres ciuitatis l. 1. C. quib. muner. excus.* quod ad magistratum uel iudicem uenientes sedere debeant, nec iudex sub poena

feffionem denegare possit, *arg. l. 3. C. de offic. diuers. iudic.* et quod numerentur inter egregias personas cum familia; et in Electorata Saxoniae DD. iuris Dresdenses, (non Medici) quoad actiones personales immediate subsint summo aul. Regimini, et uocentur *Schriftsassen*, Vid. *Wabstii historische Nachrichten vom Churfurstenthum Sachsen, sect. II. cap. 1. §. 6.* Ceterum de priuilegiis et praerogatiuis conf. *Walther, l. c. quae §. 6.* *Kraullii Diss. de iur. et praerogatiuis iuris utriusque Doctorum in Saxonia Elector. it. Granzii Def. inquisit. pag. 578. seq.*

## §. XI.

## ARGUMENTVM II.

Secundo non conferuntur eiusmodi sumtus, quod Doctoratus instar icineris studiorum sic implementum: quaecumque uero instudia, uel studiorum causa impenduntur, ea non conferuntur. Clara sunt uerba *l. 50. D. famil. ercisc. quae pater filio emancipato studiorum causa peregre agenti subministravit, si non credendi animo (\*) pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem portionis, quae ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuerit, computari, aequitas non patitur.*

(\*) Sed non praesumitur animus patris credendi uel repetendi, sed potius *сорын*, pietas paterna et omnis remissio atque donatio ob fauorem studiorum. *Brunnemann. ad d. l. 50. D. famil. ercisc.*

## §. XII.

## ARGUMENTVM III.

Quasi castrensis collationi non esse obnoxia, iam supra §. 5. ostendimus. Quum uero sumtus intuitu studiorum et ad dignitates obtinendas, utpote doctores, quasi castrensibus comprehendantur, (\*) sequitur, ut sumtus eiusmodi doctoratus intuitu quasi castrensi non sint conferendi.

(\*) Peculium enim quasi castrense in *l. 4. C. de aduoc. diuers. iudicior. et l. 6. pr. C. de bon. quae liber. naturam sequitur peculii castrensis, et filius per artes liberales, utpote studia, seu intuitu studiorum hoc acquirit. l. 4. l. 14. C. de aduoc. diuers. iudicior.* Sic et *Stryk c. l. diff. XI. cap. 3. §. 7. 8.* quasi castrensis ea dicit, quae filius artibus liberalibus sibi quaesuit, quo refert sumtus studiorum *d. §. 8. et Doctoratus §. 9.*

## §. XIII.

## §. XIII.

## ARGVMENTVM IIII.

Quartam thematis disceptationis nostrae inauguralis probationem e patrio iure Saxonico ducere, silentio praetermittere non possumus. Verum enim uero manibus et oculis, non coniectura, rem ipsam comperimus in *Decisione elector. Sax. 50.* uerbis expressis: *dass dergleichen Vnkosten, so zum Studiren, oder Erlangung eines Gradus (\*) aufgewendet, die Kinder nachmalen bey der Eltern Verlassenschaft und Erbtheilung zu conferiren, oder an ihrem Erbtheil sich kürzen zu lassen, nicht schuldig, wenn gleich die Eltern solche Vnkosten in ihre Hand- oder andere Bücher aufgezeichnet haetten.* Et Carpzouius, pater iuris Saxonici, *part. III. const. 11. def. 17.* non conferuntur, ait, *a filiis sumtus studiorum et Doctoratus, quia parentes istos sumtus omnes intelliguntur in dubio fecisse animo donandi (\*\*).* Quid? quod filii ciuium Dresdensium immunitate gaudent collationis supra dictae per expressa Statutorum Dresdens. verba *cap. 2. von Erbschafts-Faellen. §. 4.* *was aber auf der Söhne Studiren, ingleichn zu Erlangung des Gradus Doctoratus gewendet worden, das soll der Collation nicht unterworfen, iedoch denen Eltern deshalb zu disponiren auch nicht unbenommen seyn.*

(\*) Conf. Philipp. Obs. 2. ad d. Decif. Sax. 50. pag. 855. uerbis: *collationi non subiacent, nec in legitimam ueniunt impetrandi sumtus ad consequendum gradum Doctoris.*

(\*\*) Philipp. c. l. no. 10. et 11. Carpzou. *part. III. const. 11.* addidit Responsum in causa Laurentii Mülleri, Lips. mens. Sept. 1577. frequentis tenoris: *habt ihr uff ernstliches Anhalten und Befehl eures Vatern bey Leben desselben eure Studia continuirer, und die Insignia Doctoralia erlangt, er auch über die iährliche Vnkosten noch 100. Reichs-Thaler zugesichert, so seyd ihr dieselbe in gemeine Theilung zu bringen nicht schuldig.*

## §. XIII.

## LIMITATIO I.

Cessat tamen hoc priuilegium immunitatis, ut maxima ex parte nulla regula sine exceptione, I. *si pater collationem iusserit.*  
Quae

Quae iussio autem certa, nec dubitata esse debet, per *d. Decis. elect. Sax.* 50. uerba: *wiedoch, woferne die Eltern ausdrücklich erkläret und protestiret, daß das Kind die aufgewandte Vnkosten conferiren, und in der Erbschaft sich wieder abkürzen lassen sollte, hat es dabey billig sein Bewenden. (\*)* Sed, quid si pater sumtus specialissime consignauerit? Afferit quidem *Carpzouius part. III. const. II. def. 20.* collationem tunc fieri debere; immunem autem filium praedicat *Decisio Sax. 50.* saepius allegata: *daß dergleichen Vnkosten, so zu Erlangung eines Gradus aufgewendet, die Kinder zu conferiren nicht schuldig, wenn auch gleich die Eltern solche Vnkosten in ihre Hand- oder andere Bücher aufgezeichnet haetten.*

(\*) *l. 50. D. famil. ercise. quem animum credendi pater declarare debet. Conf. Horn. Consult. et respons. iur. VII. ubi: quod sumtus promotionis a filio tunc sur conferendi, si de expressa patris uoluntate constat, u. c. si filius patri chirographum dedit sumtuum doctoratum acceptorum. Add. Berger. Oecon. iur. lib. II. tit. 4. n. 8. p. m. 384. Wernher. Obs. forens. part. II. obs. 410.*

## §. XV.

## LIMITATIO II.

Cessat 2) si legitima coheredum non sit salua, per expressa saepius dictae *Decisionis Sax. 50.* uerba: *inmassen denn auch in dem Fall, da die Vnkosten so übermäßig, daß denen übrigen Kindern die Legitima geschwächet würde, dasienige, was die Rechte der inofficiosis donationibus und sonsten verordnet, unverrückt statt haben, und in Acht genommen werden soll.* Favor enim legitimae maior est, quam studiorum; hinc et collatio in fraudem legitimae ex lege debita prohiberi nequit. (\*) Et quamuis obitare uideatur, quod uiuo patre nulla sit hereditas, nec adeo legitima, tamquam pars hereditatis, patre uiuente intelligi possit: (\*\*\*) nihilo, minus tamen in aestimandis eiusmodi sumtibus doctoralibus tempus mortis est inspiciendum, ne pater, adhuc uiuus, in praeiudicium

cium legitimae post mortem debitae liberis maximam hereditatis alienet partem. (\*\*\*)

(\*) Conf. Brunnemann, *Comment. ad Pand. tit. de collat. §. 3.* ubi: *prohibere potest pater collationem, modo non tendat remissio haec in fraudem uel diminutionem legitimae, e. gr. si sumtus studiorum seu Doctoratus sunt immodici.* Add. Berlich, *ad l. 10. D. de collat.*

(\*\*) l. 1. D. de heredit. uel acti. uendit. l. 27. D. de adquir. uel omitt. heredit.

(\*\*\*) Conf. tit. C. de inoffic. donat. in primis l. 6. d. r.

### §. XVI.

#### LIMITATIO III.

Cessat 3.) si sumtus Doctoratus post obitum patris ex defuncti bonis sunt erogati, l. 20. §. 6. D. famil. ercisc. ubi: *sed filius, si qua munera post mortem patris suscepit, ab his heredes patris soluti sunt, (\*) et l. 39. §. 3. D. d. r. filius rei publicae debita, quae post mortem patris contraxit, fratri suo pro parte hereditaria reputare non potest, si non in omnibus socii essent, licet hereditatem paternam communem haberent, et pater pro altero filio in patria magistratu functus detestit.*

(\*) Nec enim fratres, morte patris effecti sui iuris, dignitates atque honores mutuo sibi debent, nec debita sigillatim contracta soluere tenentur. Brunnemann, *ad d. l. 20. D. famil. ercisc.*

### §. XVII.

#### LIMITATIO I.

Quodsi uero pater sumtus doctorales filio promittit doctorando, et, antequam suppeditet, moriatur, tunc alia rerum est facies, et filius sumtus, quos post obitum deinde patris ex massa hereditatis erogauit, ex confesso et promisso patris conferre non tenetur, l. 20. §. 7. D. famil. ercisc. uerbis: *Neratius autem respondit, eum, qui plures filios haberet, unum ex filiis ἀγαθοδεδίασθαι id est, constituendi designandique certaminis munus, suscepturum, professum esse, et prius, quam honore fungeretur, mortuum esse, omnibus filiis hereditibus institutis: et quaesitum esse, an is filius,*

B

quod

quod in eam rem impendisset, familiae erciscundae consequatur, eique respondisse, nulla actione idem consequi posse. Quod merito displicet. Debet itaque hoc in familiae erciscundae iudicium uenire. Voluit enim pater, haec esse filii praecipua. Quid? quod honor filii sic honor patris, et fratrum atque fororum. (\*)

(\*) Carpouz. part. III. const. 2. def. 17. n. 5. et 6. Brunnemann. ad l. 20. D. famil. ercisc. n. 18. 19. 20. Struu. Synragm. iur. cin. sit. de collat.

## §. XVIII.

## SVBLIMITATIO II.

Eadem est ratio, si filius ad dignitatem obtinendam doctorem, propter sumtus reliquatus est, et pater consentit; tunc aes alienum non filii, sed patris consentientis, et post patris obitum est commune, l. 20. §. 6. D. famil. ercisc. ubi: si filius in muneribus publicis, in quibus pater ei consentit, (\*) reliquatus est, et pro parte heres scriptus est, hoc quoque debet praecipere, (\*\*)

quia et hoc patris aes alienum fuit.

(\*) Nec interest, expresse. an tacite, consenserit pater, ut munus publicum uel dignitas filio deferatur. Voluit enim pater haec esse filii praecipua. Brunnemann. ad l. 20. §. 6. D. famil. ercisc.

(\*\*) Id est, praecipuum habere propter onera dignitatis, l. 1. §. 16. D. de collat.

## §. XVIII.

## DVBIUM EX L. XX. PR. C. DE COLLATIONE

## SVBLATVM.

Dubium adhuc occurrens silentio praeterire non possumus. Obuenit enim l. 20. pr. C. de collat. ubi: illud sine ratione a quibusdam in dubietatem deductum, plana sanctione reuelamus: ut omnia, quae in quartam portionem ab intestato successionis computantur his, qui ad actionem de inofficioso testamento uocantur: etiamsi intestatus is decesserit, ad cuius hereditatem ueniunt, omnimodo coheredibus suis conferant. Quod tam in aliis, quam in his, quae occasione militiae uni heredum ex defuncti pecuniis adquisitione lucratur



itur is, qui militiam meruit, locum habebit. Haec igitur legis  
 uerba peculii collationem castrensis, et sic per consequens quasi  
 castrensis, quo dignitas doctoralis maxime pertinet, inuoluere  
 uidentur. Sed reapse non repugnat lex allegata. Hac enim  
 lege uocabulum, *militiae*, nihil aliud, quam officia militum ue-  
 nalia et transmissibilia, certos ordinariosque redditus habentia,  
 quae neque loco sunt castrensis, neque quasi castrensis, indicat. (\*)  
 Quum uero dignitas doctoralis nullo gaudeat commercio, nec in-  
 de filius factus locupletior, nec possit transmitti, (\*\*) recte col-  
 ligitur, sumtuum hoc nomine factorum longe aliam esse rationem,  
 nec iuribus ea propter competentibus per hanc legem derogari.

(\*) V. c. si pater emit filio cohortem (*eine Compagnie*) cet. Hanc uendere  
 potest filius, et haec est transmissibilis. Sic enim in l. 30. §. 2. C. de in-  
 off. testam. interpretationum *militiae* disertis reperimus uerbis. Conf.  
 Brunne-mann, ad l. 20. pr. C. de collat.

(\*\*) Quod enim non transfertur ad heredes, id non confertur. Brunne-  
 mann, ad Pand. tit. de collat. n. 28.



## §. XX.

## EPILOGVS.

Sufficiant haec, quae de sumtibus doctoralibus non con-  
 ferendis pro uiribus nostris qualibuscumque proposuimus. Plura  
 quidem de hac ardua atque practica materia in medium potuissent  
 proferri, nisi temporis spatium et instituti ratio filum hic  
 abrumpere nos iuberent.

TANTVM.





CONSULTISSIMO

## C A N D I D A T O

S. P. D.

P R A E S E S.

Quam censuræ meae obtulisti Dissertationem tuam inauguralem, proprio Marte conscriptam, eam talem inueni, quae nulla adiectione uel correctione opus habeat. Reddidi ergo eandem integram atque illibatam, et iam in posterum habebis, quod perpetuo tuum sit. Probasti etiam scientiam tuam in omni iure amplissimo Ordini Ictorum in consuetis examinibus, qui dignum te iudicauit Doctoris utriusque iuris dignitate. Gratulor tibi summos in utroque iure honores propediem suscipiendos, uoueoque, ut illi in honorem Dei, utilitatem patriae, atque commodum tui, praestantissimi patris et familiae, atque clientum cedant. Perillustrem Praesidem L. B. ab Ende, qui eodem tempore, quo ego, Halae iuri addiscendo operam dabat, uenerationis, qua illum prosequor, certiozem reddere non intermitteres, neque immemor eris promissi Ordini nostro praestiti, amicitiaeque nostrae. Vale, resque tuas feliciter gere. Scribebam *Francofurti ad Viadrum*  
*a. d. 25. Aug. cl. l. c. c. l. x. i. i. i.*



ULB Halle

004 393 171

3



f TA → d  
nw 7+ 10 Schild verknüpft





8563

1763, 36  
4

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
SVMTIBVS FILIO A PATRE  
AD DIGNITATEM DOCTORALEM CON-  
SEQVENDAM SVPPEDITATIS NON  
CONFERENDIS

QVAM  
IN REGIA VIADRINA  
ILLVSTRIS IURECONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE  
P R A E S I D E  
IOANNE LVDOVICO VHLIO, D.  
IVRIS PVBLICI PROF. PVBL. ORD. ORDINIS-  
QVE SVI H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS  
IVRIBVSQVE AC PRIVILEGIIS RITE  
CONSEQVENDIS  
IN AVDITORIO ICTORVM  
A. D. XXXI. AVGVST. MDCCCLXIII.  
PVBLICAE DISQVISIONI

SVBMITTET  
A V C T O R  
IO. CHRISTIANVS KOEHLERVS  
ADVOCATVS DRESDENSIS.



FRANCOFVRTI AD VIADRV M  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI  
ACAD. REG. TYPOGR.